



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **R. P. Ludovici Richeomi Societatis Ies. Valedictio Animæ Deuotæ**

**Richeome, Louis**

**Coloniæ, 1610**

Quomodo in voluntate & libero arbitrio singulariter imago Dei elucescat.  
Colloq. XLIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50753](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50753)

*Quomodo in voluntate & libero arbitrio singulariter Imago Dei elucescat.*

COLLOQVIUM XLIII.

THEOL. **N**VNC etsi luculenter declaratum est, quomodo imago Dei in tribus istis anime potentijs modo supradicto elucescat, præcipuè tamen ea in voluntate depicta & adumbrata à cælestis illius dexteræ penicillo mihi fuisse videtur, quod nimirum ea motu liberrimo fertur, & liberum nostrum arbitrium constituit, quo admodum homini concessum est, quæ volet bona ac mala eligere aut repudiare, & inter plura bona quod optimum ei videtur ad se rapere & possidere. Hæc potètia Hydrargyron, aurum, cor, & nervus animæ est, hic fundus in quo Deus ad viuum suam imaginem ac similitudinem deformavit, inducens principalia lineamenta & notas essentiæ diuinæ, potentiam, bonitatem, ac sapientiam supremam: adiiciens titulos & cognomina, quibus per omnes omnino mundi na-  
tio

tiones illud effectum est, Deo quod  
 Omnipotenti, Optimo, Maximo,  
 ac Sapientissimo debiti honores,  
 debita nomina, debita encomia tri-  
 buantur. Principio itaque liberum  
 nostrum arbitrium in eo quam si-  
 millimum illi est, quod certo quo-  
 dam modo omnipotens potest ap-  
 pellari: licet enim plane illi omni-  
 potestati quantumvis magnæ resi-  
 stere, adeo ut nec à cælo, nec à ter-  
 ra influentiam vllam accipiat, aut  
 vim patiatur. Imo ipse Deus eam  
 non cogit, non compellit, non le-  
 gibus alligat, non aliqua alia re ob-  
 stringit, etsi sæpenumerò commina-  
 tionibus ac pollicitationibus suis  
 in seipsam secundum suum moti-  
 um flectit atque reducit; nam si vo-  
 luntati vim adhiberet aliquam, de-  
 strueret reuera imaginem suam, &  
 ut voluntas non esset tandem con-  
 sequeretur: quod manifestè sapien-  
 tissimæ & ab omni æternitate la-  
 tæ sententiæ aduersaretur, quæ vult  
 ut omnia naturæ suæ ductum, &  
 quo ea aurigatur, sequantur: ut a-  
 nes in sublimem aeris regionem

alis suis enitantur, pisces aquis ac  
 fluuijs innatent, serpentes caudis  
 & pectoribus suis humum verrant,  
 ceteræ animantes pedibus ince-  
 dant, duobus aliarum, aliarum quatuor,  
 aliarum modo ac ratione diuersa. Tum  
 vt quæ necessaria sunt, necessariò  
 accidant, ignis necessario urat, ca-  
 lefaciat, sursum vergat: lapis inum-  
 locum petat: equus auenam & fœ-  
 num appetat: accipiter prædæ in-  
 hiet necessitate sensuali incitatus  
 denique vt homo agat, molietur,  
 machinetur secundum liberrimam  
 suam voluntatis motum, ea non co-  
 gatur, non frangatur, non oblige-  
 tur, sed magistra, sed hera sit uni-  
 uersæ familiæ appetituum suorum  
 ac actionum. Atque hæc reuera cau-  
 sa est, cur idem ille Vniuersitatis  
 Conditor & Monarcha, ipsos Dia-  
 bolos, ipsos condemnatos & sem-  
 piternis supplicijs adiudicatos non  
 cogat, non ad impium suum agen-  
 di institutum deserendum vnquam  
 compellat, etsi potentia sua facil-  
 limè id efficere posset ac obtine-  
 re. Et obseruat ille eandem planè

metho-

methodum ac rationem inter homines, quippe cum liquidò intelligamus Pharaonem illum Israelitici populi Tyrannum tot miraculis edoctum, tot poenis affectum, tot admonitionibus in transuersum actum, nihilo tamen fecius sceleratum suum institutum tenuisse, & in suscepto semel improbè viuendi consilio tamdiu perstitisse, donec tandem in abyffis pelagi remanens, & aquis rubri maris inuolutus, ad Infernum extremum damnatorum domicilium præceps ruit. Sequitur ergo præclarè illud, Voluntatem sui iuris esse, ac sui ipsius Magistram merito appellari. Iam vero Intellectus nequaquam eandem prærogatiuam in actionibus suis fuit consecutus: nam cum ei Veritas velut Achilli Pallas Homerica manu iniicit, amplexatur quidem illam & vanitatem repudiat; at coacta, at compulsata, at ex necessitate. Memoria vero quoties in vita eorum recordatur, quæ facta sunt, & longis retro gesta temporibus meminit atque

N 6 per-

Exod. 7.

8. 9.

9. 10.

*Voluntas  
magistra  
actionis.*

percurrit? Itaque sapienter admodum mihi Themistocles ille dixit. *Cicer. in Lucul. & 2. de Finibus.* se videtur, quum eum non nemo memoriae artem docere voluisset; apage tu quidem cum tua arte reminiscendi sis, nam ego obliuionis malim. intelligebat videlicet ille probè in multarum admodum rerum subinde recordationem digredi, quas euulsas sibi penitus vellet & oblitteratas. Voluntas autem etsi obiectum suum siue bonum conspicatur, aberrationem tamen ab eo deligere sibi potest cum voluerit, & Reginae illius verba vsurpare.

*Ouid. in Metam.*

— *Video meliora proboque  
Deteriora sequor.*

*Voluntas  
omnipotentia  
Imaginem portat.*

Quibus admodum efficitur voluntatem cogi non posse, & ea propter impressam sibi omnipotentiae imaginem circumferre, qui primus titulus sui conditoris est, quemadmodum id Apostoli simbolo suo confirmant. *Credo in DEVM Patrem omnipotentem.* Porro eadem hac facultas basis est, cui secunda animae qualitas innicitur atque incumbit, quæ alterum  
Dei

De titulum bonitatem scilicet con-  
 secuta fuit: efficit namque primum  
 libertas voluntatis, cum quæ bona  
 sunt amat, quæ iusta diligit, quæ sã-  
 cta, amplexatur, vt homo bonus ap-  
 pellandus esse videatur. Secundo  
 quemadmodum voluntas indies se-  
 ipsa melior effici potest? ita etiam  
 homo incrementa in bono capere,  
 & quotidie absque vllis limitibus  
 bene agendi institutum, pleniore cur-  
 su persequi valet, quo nihil similius  
 bonitati supremæ potest inueniri. *Ter. Eth.*  
 Homo, ait Aristoteles, & si ingenio *c. 2. & l.*  
 bono est, etsi memoriam præclaram *6. c. 12. et*  
 accepit, ideo tamen boni nomine nõ *l. 7. c. 4.*  
 affectus est: itaque & cum multarũ  
 rerum laudabilium cognitionem  
 sibi acquisiuit, cum multa egregia  
 recordatur, ingenium & memoriã  
 diuitem habet, non bonam: diabo-  
 lus enim cum insignem sanctarum  
 rerum scientiam indeptus sit, nihil  
 tamen minus quam sanctus appel-  
 latur: homo etiam cum mala non  
 pauca set, malus idcirco non est, cũ  
 nec diuinam illam lateant Maiesta-  
 tem & supremam non fugiant boni-  
 tatem.

*Chryf.**Hom 33.  
in Matt.**D. Aug.**l. 1. retra.**c. 13. 32.**q. 5. sicut  
enim.**Arist. 3.**Eth. c. 1.**s.*

tatem. Sine voluntate, inquit D. Augustinus, nec virtus, nec vitium vllū est: & ideò bestiaē et si sæpenumerò ad alicuius similitudinem accedat, nihilominus tamen nec virtutibus prædita sunt, nec vitijs affecta solēt appellari: abest enim ab ijs volūtas, quæ radix est tam meritorum quam peccatorum, tam gloriæ quā poenæ, vt laudis, ita repræhensionis. Hæc itaque illa est, in qua velut in proprio thalamo gratia diuina conquiescit: hæc fundamentū, in quo oēs actiones tam morales, quam ciuiles versantur atq; cōsistunt: absq; hac foret, nec contractus cōtractus essent, nec amicitiaē amicitiaē appellarentur, nec iustitia iustitia vocitaretur: hæc potestatē, vim, ac potētiam cōsecuta est, omni tēpore, omni loco, omnib⁹ in rebus obtinētē, & idcirco quasi infinitam. Hæc etiā illa est, quæ tertio titulo insignita, supremam sapientiam repræsentat; per hanc enim intellectus & memoria aut prudentia, aut stultiaē colores assumunt: cū enim voluntas debito modo earum scientias ac dotes vsurpat, bene eas col-

collocat, & quod potest, sapienter  
eas expendit, gloriam homini con-  
ciliat & præmijs eum afficit sempi-  
ternis. Iam verò si è contrario ijs ab-  
utatur, Intellectum & Memoriam  
diabolo similes efficit, qui omnia quæ  
nouit, quæquæ recordatur, eò confert  
ac adhibet, vt hominem in extremas  
calamitates conijciat atque conde-  
mnet: quæ reuera extrema stultitia  
amentiaque est. Et quemadmodum  
hominem hac facultate præditum,  
indies se ipso meliorem fieri posse  
diximus, ita si ad bis millesimum  
annum vitam eum suam proferre cõ-  
tingeret, sapietior semper euaderet,  
& actiones prudentiores exerceret.  
Licet illi diuina gratia assistente  
ab hac parte charitate incredibili  
ac perfectissima æstuarè, ab illa ab-  
soluto scientiarum lumine quaquæ-  
uersum perfundi & irradiari, opti-  
ma quæque designare, & indies me-  
liori euadere ac sapientiori; sine ter-  
minis dico, sine finibus, sine limiti-  
bus similitudinem sapientiæ ac bo-  
nitatis infinitè nancisci. En habes  
nunc vt liquidò intelligas omnes

Crea-

Creatoris bonitatis & sapientiæ radios in hominem sparsos esse atque effusos. Nunc sicut eo modo quo diximus, in particulari cœlestis illius numinis lineamenta viuis in eo coloribus expressa sunt: ita præter has facultates in quibus Dei imago ac similitudo relucet, duas admodum adhuc in se habet, homine natura inferiores: altera est facultas animæ sensitivæ, quæ in bestiis reperitur: altera negetatiuæ, quæ plantis indita est, etsi homini longè quodam perfectiore modo & ratione haud aliquantò ista excellentiore: quia videlicet facultas tantò speciosior & nobilior est, quantò præclariorem naturam nacta fuit, cui insit & inherescat. Ita olim fascēs & Consulatus Romanorum illustriores erant, & auctoritatis absolutioris, cum Imperatori alicui delati essent, quàm cum ijs ciuis aliquis fuisset honoratus. Anima itaque sensitiva ac vegetatiua in anima rationali, reperiuntur tantò reuera, illæ nobiliores ac perfectiores, quantò pulchrius & excellentius fundamentum nactæ, & quæ

*Animæ  
vegeta-  
tiua, sē  
sitiua, &  
rationa-  
lis in ho-  
mine v-  
na sunt.*

quasi venustissimo aliquo angulo  
 insignitæ sunt. Ita plantarum ani-  
 ma quæ in bestijs etiam reperitur,  
 vnam tantum animam constituit,  
 quæ sensitiua appellatur, è cuius v-  
 nione in eandem multò maximum  
 lumen resultat, quemadmodum è  
 duobus radijs collectis solet, & ma-  
 ior adhuc in animam vegetatiuam  
 & sensitiuam, anima rationali col-  
 ligatas & copulatas. Placet id admo-  
 dum ex Arithmeticoꝝ scholis  
 fulcris adductis stabilire, aut potius  
 accita & mutuata luce illustrare,  
 numeri videlicet denarij introdu-  
 ctione, cum quo corpus ac adeò ipsa  
 etiam anima non mediocrem vide-  
 tur habere affinitatem. Est is ergo  
 vnicus tantum, & quatuor partes  
 habet 1. 2. 3. 4. quarum prima quæ v-  
 nitas est, vt basis reliquarum se ha-  
 bet, & in omnibus planè reperitur,  
 significatque esse, quod gradus pri-  
 mus & communis omnibus rebus  
 est: quæ omninò esse non possent,  
 nisi Esse aliquod, Esse dico & Vnum  
 haberent: nam quemadmodum vos  
 in vestris scholis dicitis, Esse & Vnū  
 sese

fese mutuò consequuntur, & eiusdem latitudinis sunt, vt videlicet id quod est, vnum sit, & id quod vnum est, esse habeat. Denotat ergo numerus, Duo, Esse & Vitam, puta animam vegetatiuam: Tria, Esse, vitam & sensum, qui animam sensitiuam facit: Quatuor Esse, vitam, sensum, & rationem, qui animam rationalem constituit. Secūda numeri pars, primam in se continet, tertia, secundam, & quarta, reliquos vniuersos omnes verò collecti & inter se coagmentati non nisi vnum efficiunt, videlicet Decem. Hic itaque omnes in se absorbens partes, & vnicus tantum, maior & perfectior omnibus, representat animam humanam, quæ omnes alias complectens, vnica est, & excellentior vniuersis. Atq; hæc reuera causa mihi fuisse videtur, cur Plato animam numerum appellarit, id est numero similem: quod quæ vero simile & affine sit, ex allato iam exemplo nemini non constare potest ac allucere. Huius admodum discipulus Aristoteles eandem rem declaraturus, comparat

*Plat. explicatus.*

*Arist. 2. de an. c. 3.*

parationem à Pentagono petit, quæ *de an. c.*  
 figura quinque angularis est, & *9. 10. 11. l.*  
 complectitur quadrangulum & tri- *1. Eth. c.*  
 angulum, eodem planè modo, quo *3. l. 3. c. 11.*  
 anima rationalis vegetatiuam in se *l. 1. mag.*  
 continet & sensitiuam. Quo ergo *mor. c. 16.*  
 tandem huic dissertationi nostræ *l. 7. pol. c.*  
 fastigium suum imponamus, con- *14.*  
 cludimus in anima duo facultatum *b Thom.*  
 genera reperiri: vnum earum est, *1. 2. q. 17.*  
 quæ imaginem DEI circumferunt, *art. 7. q.*  
 & tres priores sunt: alterum illa- *53. a. 2.*  
 rum, quas homo cum bestijs plan- *c Ro. 8. 6.*  
 tisque communes accepit. Vos *7. 2. Cor.*  
 a Philosophi & nos adeò etiam *11. Gal. 5.*  
 b Theologi ad hanc distinctionem *16. 17.*  
 significandam, animam in su- *1. Pet. 2.*  
 periolem & inferiolem diuidi- *18.*  
 mus: superior prima illa est: quam *d Ro. 6.*  
 DEI imaginem circumferre di- *6. Ep. 4.*  
 ximus, & vulgari vocabulo ratio- *12. Col.*  
 nem ostendimus appellari: inferio- *3. 9.*  
 rem constituunt reliquæ illæ fa- *e Rom. 6.*  
 cultates, in primis verò appetitus *12. Gal. 5.*  
 sensitiuus, quem nos recepto ter- *24. Iac. 1.*  
 mino in nostris scholis c carnem, *14. 1. Pet.*  
 d veterem hominem, e cõcupiscen- *1. 4. 1. Io.*  
 tiã, & f sensualitatem appellamus. *2. 16.*  
*f Arist. 1.*  
*Pol. c. 3. 8.*  
*l. 7. c. 14.*

Primæ partis ius est, imperare, regere, omnia more Regio, & supremi Magistratus instar administrare: Secundæ munus est subiectum ac vassallum se monstrare, & obedire, etsi sæpenumerò ea in Magistram suam, ac Dominam inuollet adque sibi ancillandum compellat. Quapropter in quo Ratio ad gubernacula, & clauum sedet, hic demum hominem verè agit & Regem se esse demonstrat; at quatenus appetitibus paret, carni subest, hic reapse bestiam se mancipiumque esse profitetur; & idcirco bene Dominus noster ait: *Quicumque peccatum facit seruus peccati est: quia videlicet rei, quæ se inferior est seruit, appetitui videlicet, & facultati totius familiæ abiectissimæ.*

*De conuenientia partium corporis cum partibus animæ.*

COLLOQUIVM XLIV.

THEOL.

**P**ROLIXIVS aliquanidò quam xolebam animæ pulchritudini ab imagine Dei proficiscenti expli-